

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ebrietas h  
cum fonte primo

In ebriis non ratio ulla,  
non ullum gerende uite consilium,  
non gestorum aut lectionum memoria,  
nec ulla arcium aut industrie prouidencia est.

Augustinus ibidem (libro ad sacras uirgines).

In his ergo talibus non ratio ulla,  
non ullum gerendae vitae consilium,  
non gestorum aut lectionum memoria  
nec ulla artium aut industriae prouidentia;  
utpote, quem prandio accumbentem solis occidentis videt occasus,  
et cena pernoctantem insperatus occupat dies;  
et dum iugi amentia die noctuque discumbendo dormitat aut bibit,  
in hac vita adhuc positus cotidie sepelitur.

Pseudo-Augustinus, *De sobrietate et castitate*, 1.7  
(CSEL 99, L.J. Dorfbauer ed., p.119, ll.33-39).